

DE
INDO GERMANICO
 SIVE
COLORE COERVLEO SOLIDO
EX GLASTO

DIVINI NVMINIS AVSPICIIS
 ET
 GRATIOSI MEDICORVM ORDINIS CONSENSV
 P R A E S I D E

D. ANDREA ELIA BÜCHNERO

SACRI ROMANI IMPERII NOBILI
 POTENTISSIMO BORVSSORVM REGIA CONSILII INTIMIS
 MEDICINAE ET PHILOSOPH. NATVRAL. PROFESSORE PVBL. ORDIN.
 IMPERIALIS ACADEMIAE NATVRAE CVRIOSORVM PRAESIDE
 ET COMITE PALATINO CAESAREO,

PRO GRADV DOCTORIS
 SVMMISQVE IN MEDICINA HONORIBVS
 ET PRIVILEGIIS LEGITIME IMPETRANDIS

AD D. XXVII. NOVEMBR. A. S. R. CIOCCCLVI.
 IN ALMA REGIA FRIDERICIANA

PVBLICE DISSERET

A V C T O R
IOANNES CHRISTOPHORVS EBEL
 HAACKPFVEFELIA - THVRINGVS.

HALAE SALICAE,
 STANNO GRVNERTIANO.

INDO GERMANICO
COLORE CORVITTO SOLIDO
EX GLASSO

GRATIOSI MEDICINAE ORDINIS CONSENSU
P R A E S I D I

D. ANDREA FILIA BUCHNERO

PHO GRAV. DOCTORIS
SYMPTOMATA IN MEDICINA HONORATA
ET LITTERARUM LIBERALIUM

IOHANNES GROSSMANN



VIRO
EXCELLENTISSIMO, CONSULTISSIMO
ATQVE
DOCTISSIMO
DOMINO
IOANNI BALTHASAR
FABER
IVRIS VTRIVSQUE DOCTORI
CELEBERRIMO
HAEREDITARIO IN WACHAU,
STOETERITZ ET BRAEVNSDORF,
MAECENATI ET PATRONO SVO
AD VRNAM VSQVE GRATISSIMA MENTE
DEVENERANDO,

DISSERTATIONEM HANC INAVGVRALEM

PRO

INNVMERIS BENEFICIIS

PER TREDECIM FERE ANNOS

ACCEPTIS,

OBSTRACTISSIMO ANIMO

OFFERT,

EIQVE

SANITATEM INTEGERRIMAM,

VITAM LONGISSIMAM

CVM

ANIMI NON INTERRVPTA TRANQVILLITATE

ARDENTISSIME ADPRECATVR

IOANNES CHRISTOPHORVS EBEL.



PRAEFAMEN.



Summi et perfectissimi Numinis
sapientiam non fatis demirari
et venerari possumus, ex cuius
benevolentia erga genus hu-
manum, regnum illud viride, seu vegeta-
bile, tot tantisque locupletatum est planta-
rum generibus, vt ex penu illarum non so-
lum vis alimentaria & nutritiua, sed etiam
medicamentosa, pro conseruanda mortalium

A 3

vita

vita et sanitate, depromi posset. Nutrimur enim vegetabilibus, et iisdem oeconomiam nostri corporis conseruamus integram. Me quidem haud latet, nec cuiquam fortis meae incognitum est, primum naturae regnum, animale dictum, eiusmodi substantiis instructum esse, quae percommode in succum nutritium et sanguinem animale transmutari possunt. Interim non morabor in thetica illa adserptione et amplificatione, quodnam ex duobus his naturae regnis conseruationi dispositionis, vel naturae humanae conuenientius sit et fructuosius; vellem tamen facile sententiam meam in illam flectere partem, quae vegetabili regno prae animali suffragatur. Nilominus vero diuinae placuit benignitati, vt tam ex animali, quam vegetabili regno, substantiam depromeremus alimentariam aequae ac medicamentosae. Hac vero vltima praecipue abundat vegetabile regnum, eaque liberaliter nobis suppeditat adminicula, quibus sanitas nostra, post lapsum adeo fragilis reddita, corroborari et redintegrari potest. Offert in abundantia tales balsamicas, vel si mauius medicamentosas substantias, quas

quas ingeniose ars, nunc dicta medica, ex variis eius speciebus educit et componit, quibus imminetia vitae pericula auerti eaque diutius prorogari potest.

Satis igitur superque placare possemus animum nostrum his diuitiis regni vegetabilis, quae a summo nostro terrenae salutis gubernatore et directore concessae nobis sunt benignissime; sed procurauit etiam benignissimum Numen multa alia adhuc commoda, tam pro animi recreatione, quam status nostri oeconomici et vitae sodalitia adiutorio perquam conuenientia.

Non immorabor iam fusiori recensionī variarum vtilitatum regni vegetabilis, nec evagabor in campum illum latissimum, oeconomicum dictum; susciperem enim immensum laborum cumulum. Aggredior potius in praesentiarum inuestigationem et explicationem coloris illius eleganter coerulei, ex specie quadam vegetabilium nouiter inuenti. Res mihi visa est exactiore tali examine digna, non solum ob insignem eius in arte tinctoria vsum,

vsum, sed ob assiduam etiam illam operam,
 quam multa acuta ingenia haecenus in illius in-
 dagatione collocarunt. Diu enim quaesitum
 est *Indum ex Glasto*, et quidem tale, quod *In-*
dum orientale virtute tingendi aequipararet,
 minori autem pretio veniret. Res haec, ar-
 dua semper visa, tandem successit ex voto:
 prostant nimirum exempla, quibus thesin
 istam corroborare possumus, quod nempe
 detur *Indum Germanicum*, siue talis solidus
 color eleganter coeruleus, ex *Glasto* artifi-
 ciose paucisque sumtibus paratus, qui *Indo*
orientali per omnia similis est. Sisto ergo
 tibi, Lector beneuole, in Specimine hoc
 inaugurali, non vulgarem saepiusque tri-
 tam ex medico foro desumptam materiam,
 sed rariorem quandam oeconomicam, pro
 virium ratione exactius peruestigatam. An-
 nuat modo supremum Numen labori nostro,
 vt succedat feliciter.



§. I.



icturi iam de *Indo Germanico*, siue colore illo omnibus noto coeruleo, ipsa hac inscriptione duplicem ostendimus respectum siue distinctionem. Priori sub respectu denotamus *Indum*, siue *Indicum colorem*, productum quoddam ex regno vegetabili, quod a loco natali, India nempe orientali et occidentali, denominationem sortitum est. Sub altero vero respectu indigitamus *Indum* aliud, seu *Germanicum*, et sub illo eundem colorem Indi orientalis, sed ex Glasto desumptum. Datur itaque *Indum* proprie sic dictum, et *Germanicum*.

§. II.

Equidem denominationem hanc nostram contradictionis speciem prae se ferre facile iudicabunt Lectores; locus enim natalis Indi hactenus noti et proprie sic dicti, et alterius Germanici, multum inter se distant: hinc minus recte colorem illum coeruleum titulo *Germanici Indi* insigniri posse autumabunt. Sed mutuari saltem placuit nomen *Indum*, vel *Indicum*, a simili-

B

litu-

litudine illa, quam productum nostrum Germanicum cum Orientali habet, et denotamus simul aliud quoddam subiectum, ex quo color coeruleus noster paratur. Nostrarum ergo nunc erit partium, ut tam diuersitatem, quam conuenientiam productorum coloratorum clarius monstremus. Ut ordine vero procedamus, nonnulla de praeparatione Indi veri praemittere lubet.

§. III.

Indum, Hispanico idiomate *Indigo*, alias *Indig* dictum, productum constituit artificiale, ex planta exotica Indiae orientalis et occidentalis, *Anil* dicta, per modum fermentationis paratum, quod sub colore saturate coeruleo, vel coeruleo-nigrirante, forma quodammodo subdura, fragili tamen, cupreo splendore et maculis albis, argenteis quasi, hinc inde inspersis, praeditum est, magnoque pretio ordinarie venditur, ac non solum arti inseruit tinctoriae, pro colore coeruleo, viridi et purpureo pannis inducendo, sed vsui quoque est pictoribus.

§. IV.

Vnicum vero tantum prostat subiectum, ad minimum in India, quod talem saturatum colorem coeruleum largitur, herba scilicet illa *Anil* dicta. Planta haec ad duos vsque pedes altitudine exsurgit, et in utroque latere furculos protrudit, quibus folia adnata sunt, maxima ex parte rotunda, minora, instar foliorum Sennae vel Liquiritiae, colore saturate viridi, infra vero quasi argentato gaudentia. Flos pisi floribus similis est, qui deinde siliquam seu capsulam semi-

feminalem extrudit, cum semine ex bruno ruffescente, reparum femini simili a).

B 2

§. V.

a) Placuit brevissimis tantum plantae illius exoticae descriptionem exhibere: iis, quorum interest exactius illam nosse, duplicem paulo fusiolem suppeditabo eius delineationem. Primam desumam ex *Lexico vniuersali*, eiusque Tomo XIV. p. 67. Das Kraut wächst obgeföhrt zwei Schuh hoch, hat beiden Seiten der Stengel, dicke, oben dunkelgrüne, und unten gleichsam versilberte runde Blätter, welche in allen nicht viel grösser sind als der Nagel an kleinen Finger ist. Die Blüte ist der Erbsblüte nicht viel ungleich, von röthlicher Farbe, nach welcher lange dünne, und etwas umgebogene Hülsen wachsen, in welchen ein kleiner Saame, in der Grösse wie Rüb-Saamen, und an der Farbe wie Oliven zu finden. Alteram plantae descriptionem exhibeat Celeberrimus Dn. D. SCHREBERVS, in der Sammlung verschiedener Schrifften 1 Theile, qui illam ex RECKII Commentatione, gallice exarata, in germanicam transtulit linguam, in Articulo XVII. qui inscribitur von Indigo, dessen Baue und Zubereitung, vbi sequentis est tenoris: Der Anil ist eine Pflanze, die bis zu zwei Schuh hoch wächst, auch noch höher gehen würde, wenn man sie nicht abschneidet. So bald sie aus der Erde aufgehet, vertheilt sie sich in viele Stämmgen mit Knospen, die ein Haufen Zweiglein mit Reisfergen austossen, davon jedes vier bis zehn Paar an einander gegen überstehende Blättergen bekommt, und am Ende mit einen einzelnen Blättgen ausläuft. Diese Blätter sind oval, ein ganz wenig spizig, wohl mit einander vermengt und etwas stark, von Farbe braunlich grün, doch auf der Oberseite etwas blasser, unten aber etwas silberfärbig, übrigen fleischig, weich anzufühlen. Die Aestgen werden voll röthlicher Blüten, und aus diesen Schoten etwa Zolles lang und wenig dicke, darinne Saamen-Körnchen befindlich sind, welche der Grösse und Gestalt nach det Rettich-Saamen ähnlichen, und eine rotbraune Farbe haben.

§. V.

Quod culturam plantae nostrae attinet, in tanta quidem copia et vbertate progerminat, vt, prouentus huius intuitu, plantis syluestribus adnumerari possit. Interim, sicuti non omnis fert omnia tellus; ita etiam incolae Indiae summam industriam in eius cultura adhibere debent. Amat autem planta coelum calidum et terram arenosam, quodammodo exsuccam; hinc admodum difficilem in aliis regionibus et prouinciis frigidis progerminationem spondet. Nostris quidem in regionibus vnus et alter hortulanus, in arte sua exercitatus, illam ad florem vsque coluit, sed tantum vt habeat peritiae suae testimonium; tale vero emolumentum, quale ex illa in artem tinctoriam deferendum esset, nunquam in nostris regionibus ex eius cultura sperare licet.

§. VI.

Prius vero quam conferuntur agri, terra aratro probe scinditur et sulci ad latitudinem vnus circiter pedis ducuntur; altitudo vero duos vel tres pollices complet: his tunc semen commendatur et coeli clementiae committitur. Ante seminationem obseruare et expectare solent plantatores coelum humidum, vel instantem tempestatem pluuiosam, quo citius semen progerminet; crescens vero planta a zizaniis aliisque herbulis perniciosis probe repurgatur. Laete deinde exsurgens et foliis multis viridibus praedita, ad altitudinem quatuor circiter pollicum scalpellis falcinatis abscinditur, quae *messis* dicitur *prima*, quam post sex hebdomades sequitur *altera*, tandemque *tertia*. Abscinduntur non solum folia plantae nostrae, sed stirpes
et

et furculi quoque: interim color ille coeruleus, qui ex folis educitur foliis, semper praefertur illi, qui ex foliis et furculis simul sumtis praeparatur *b*).

§. VII.

Transimus nunc ad ipsam praeparationem coloris coerulei, siue Indi, ex planta descripta artificiose extracti et praecipitati. Demonstrabimus prius modum procedendi, posteaque principia constitutiuā Indi, cum substantia colorem largiente, exponemus.

§. VIII.

Modus procedendi et partes coloratas ex herbu-
la nostra separandi, ad illam operationem pertinet,
quae a Chemicis sub titulo *fermentationis* designatur,
quam vero necessario immersio corporis fermentandi,
siue maceratio, praecedere debet. Abscissis itaque
foliis et in fasciculum a plantatoribus collectis & con-
volutis, quantitas aliqua eorum vasi peculiari satisque
capaci maceratorio committitur, faciendo nimirum,
prout vulgo dicunt, stratum super stratum; limpida
deinde perfunduntur aqua haec folia, pedibusque
modice calcantur, aut pondere quodam grauantur.
Asseruantur autem folia immersa sub coelo calido tam
diu, donec bullulae in superficie aquae, tanquam si-
gnum incipientis motus fermentatiui, adpareant, id
quod pro tempestatis constitutione citius aut tardius

B 3

con-

b) Breuissimis tantum ea indicauimus, quae ad culturam
plantae huius exoticae pertinent. Plura autem qui de-
siderat, praedictum Celeberr. Dn. D. SCHREBERI li-
brum l. c. euoluat, vbivaria adhuc notatu perquam di-
gna prostant,

contingit. Tunc vero aqua non solum incalescit, sed etiam, musti recentis fermentantis instar, perfecte fermentare incipit. Hoc signo apparente, tempus probe dimerendum est, ne massa fermentans abeat in magma putrilaginosum, aut putredinem, cum irreparabili partium colorem largientium iactura. Si ergo aqua, antea limpida, nunc vero turbida facta, simulque colore violaceo tincta conspicitur, et odor percipitur volatilis nares feriens, tunc statim per epistomium emittitur in aliud vas adpositum, vel alueolum, *die Schlagbutte* dictum, relictis foliis, omni colore orbatis et inutilibus. Aqua itaque in vase sic dicto percussorio collecta, ligno quodam sexangulari et manubrio instructo, vel duobus amphoris, peculiari machina obfirmatis, ut sursum deorsumque trahi retrahique possint, hoc modo quasi percutitur et agitur continue, donec partes plantae coloratae, illius ope extractae, in coagulum abeant et ad fundum vasis secedant. Separato sic et subsidente coagulo, ipsaque aqua limpida iterum reddita, flavo tamen adhuc colore tincta, per epistomium ea remouetur, sedimentum vero crassum, seu color, eximitur, filtris ex linteo paratis inditur, aut in capsulis planis asseruatur, et calori, pro plenaria exsiccatione, exponitur, atque ita operatio finita est, et productum coloratum sub nomine *Indigo* ad exterarum oras transportatur, caroque pretio dividitur.

§. IX.

Disquisitioni nostrae ulteriori non inutilem subii-cimus animaduersionem, illam scilicet: Quenam partes plantae huius, *Anil* dictae, saturatum illum colorem

rem coeruleum Indi constituent? Ut vero rite discernamus propositam quaestionem, ad duo momenta respicere debemus; scilicet, ad ipsas partes plantae constitutivas et essentielles; et deinde ad modum procedendi, siue fermentationem, qua illae eliciuntur et separantur.

§. X.

Planta nostra scater partibus terreis, mucilaginosi et salino-sulphureis, quae inuicem mixtae, ad producendum Indum aptissimae sunt. Sub partibus terreis quid intelligendum sit, neminem latere potest. Denotant nempe substantiam quandam densam, aridam, siccam, insulsam, friabilem. Mucago vero sub generali respectu indigitat talem substantiam, quae ex salinis, terreis, aqueis et oleosis particulis, inuicem mixtis, constat, et lubricitatem quandam monstrat. Omnia vegetabilia, paucis tantum exceptis, sal quoddam continent, nitroso simile, quod mediante aqua, illas nutriente, aduehitur, minime tamen sub eadem facie iterum educitur, sed admixta terra calcarea, aut superueniente principio sulphureo, in sal transmutatur alcalinum. Sub principio sulphureo autem nihil aliud intelligi volumus, et quidem in regno vegetabili, quam mixtum ex partibus mucilaginosi et superabundante altera terra Beccheriana, ita quidem, ut ex hoc illud iterum exsurgat, quod bitumen et gummi in regno isto audit. His nunc inter se collatis, planta nostra constat ex particulis aqueis, terreis, salinis et sulphureis, aut, ut vno verbo dicam, ex partibus mucilaginosi et bituminosi siue gummosi superabundantibus, paucissimis vero salinis. Non lubet haec

haec fusius pluribus demonstrare et confirmare argumentis, quum ad minimum ex gustu constet, quod Indigo corpus sit mucilaginosum, gummosum et terream, parumque salini contineat.

§. XI.

Ipse nunc fermentationis actus vberius declarat, quod planta nostra, ob substantiam suam admodum mucilaginosam, facile talem motum intestinum suscipiat. Partes enim aquosae, prius in motum per calorem aëris concitatae, communicant eundem partibus mucilaginosis, quae cum sulphureis superabundantibus non solum fermentationis actum valde promouent, sed huius ope etiam tale dein mixtum producit, quod sub forma terreo-mucilaginosi, siue lutulenti magmatis, cum principio sulphureo colorato ad fundum vasis praecipitatur, reliquum vero, quod salinae est substantiae, in aqua remanet solutum.

§. XII.

Valde itaque hallucinari mihi videntur illi, nequaquam argumentis chemicis certis firmisque hypothese suam probare poterunt, qui sibi persuadent, quod Indum ex particulis salinis plantae componatur, aut quod aggregatum tale sit, quod, peracta fermentatione, motu illo percussorio in massam solidam salinam compingatur, et ad fundum tanquam corpus salino-terreum praecipitetur *c*).

§. XIII.

- c*) Refellere equidem nolo istam adsertionem, sed paucis tantum mea exponere placet momenta, quae illam maxime dubiam reddere videntur. 1. Gustus, cuius ope salium praesentia optime manifestatur, nullam exhibet salsedinis ideam

§. XIII.
Antequam breuem hanc nostram peruestigationem plantae *Anil* eiusque producti obfirmamus, et

ideam, sed tantum terreo - mucilaginosas partes linguae communicari, monstrat. 2. Sin Indum est concretum quoddam salinum, tunc vel ad acidorum, vel alcalinorum, vel mediorum salium classem referendum erit. Acidum esse nequit, quoniam ipsa recens planta, ex qua conficitur Indum, nullum eius vestigium exhibet, nec fermentationis actus tale producit; alcalinae non est prosapiae, quoniam Indum cum admixto acido non effervescit; nec etiam medium esse potest, dum requisita ad illud producendum necessaria deficiunt. 3. Indum in aqua maceratum et solutum nequiequam salini relinquit, si solutio filtrata euaporatur. 4. Si partes salinae inessent plantae, tunc soluerentur ab aqua adfusa sub fermentatione, illique manerent immixtae, nec peracta operatione subsidere possent sub forma solida. 5. Fermentatio, quae ad Indi praeparationem requiritur, nequaquam conuenit cum illa, quae pro conficiendo vino vel aceto requiritur: aliud enim est subiectum, quod nec in vinosam, nec acidam transit fermentationem; hinc minime quoque, licet similitudinem quandam cum multi fermentatione habeat, quicquam sub eadem in forma salis cuiusdam tartarei praecipitari potest. 6. Indum neque sal implicitum, nec explicitum habet. Explicitum iterum solueretur, et gustu sese proderet; implicitum autem, si alia quaedam, aut contraria admiscerentur, colorem Indi facile mutaret. 7. Salia per se nullum dant colorem. 8. Nemo vnquam ex Indo speciem quandam salis demonstrauit; adeoque facile exinde constabit, sententiam istam, de salina huius concreti indole, debitis adhuc destitutam esse fundamentis.

et ad considerationem illius herbae progredimur, quam pro obiecto nobis constituimus, pauca quaedam adhuc praemittere lubet, quae ad cognitionem bonitatis producti nostri pertinent.

§. XIV.

Indum simile est extracto cuilibet vegetabili, ex herbis aut radicibus per inspissationem parato, adeoque Indum boni extracti consistentiam, sed siccam et compactam, habere debet, ita tamen, ut facile friabilis illa sit. Color Indi is est optimus, qui in saturate coeruleum, vel magis ex coeruleo in nigricantem vergit, intus vero splendore cupreo fulget. Maculae vero illae et striae quasi argenteae interspersae, quas nonnulli ad bonitatem Indi praevalentem referunt, in hunc sensum discretionis non cadunt; siquidem ex substantia plantae originem non ducunt, nec exactu fermentationis proueniunt, sed nihil aliud sunt, quam particulae quaedam calcis viuae non plenarie solutae, quam artifices, peracto motu percussorio, admiscere solent, quo partes coloratae eo facilius in coagulum abeant. Porro extractum Indi non ponderosum, sed leue et inflammabile esse debet; sin minus, aliis particulis terreis impuris inquinatum et adulteratum erit. Ex omnibus tandem signis, quae de bonitate Indi testari debent, illud optimum iudicatur, si Indo soluto paries albus, calce obductus, illinitur, et color illius coeruleus inde non in viridem, aut alium obscurum, mutatur, sed immutatus persistit. Datur itaque Indum diuersae bonitatis, cuius fundamentum tam in praeparatione ipsa, quam in diuersitate locorum ponendum est. Hinc *Indigo Plalto Xerquies* siue

sive *Guatimalo*, pro optima habetur specie; dicitur enim, quod ex foliis foliis herbae Anil conficiatur, cum aliae species ex foliis cum stirpibus sive surculis parentur. *Indigo Guatimalo* in bracteis minoribus, latitudine unius et alterius pollicis, ad nos adportatur. *Indigo Lauro* dictum ex frustulis constat diuersae magnitudinis; pretio vero cum praecedenti conuenit; color autem eius saturator est. *Indigo de Dominico* vilioris sortis est, et colorem non aequè saturatum viuidum ac splendens, sed obscure coeruleum exhibet. Haec sufficiant quoad primam nostram disquisitionem, Indum orientale concernentem; pergimus nunc ad germanicum.

§. XV.

Isatis sativa latifolia, sive *Glastum satiuum*, aliis *Lytrum* dictum, germanice *Waid*, *Weyd*, *Faerber-Kraut*, planta satis nota et tinctoribus admodum necessaria, vbique fere locorum colitur; laete vero crescit in terra modice pingui, arenosa et quodammodo salsa. Subiectum tale est, quod multorum animos valde defatigauit et sollicitauit, vt ex illo colorem solidum, Indigo similem, extraherent, qui in arte tinctoria cum emolumento id praestaret, quod ab Indo orientali sperare licet *d*).

C 2

§. XVI.

d) Nolumus, breuitatis causa, vberiore, plantae nostrae descriptionem addere; qui plura desiderat, euoluat CRÖLACHII Tractatum, de Cultura herbae *Isatidis*, Theod. ZWINGERI *Theatr. botan.* G. W. WEDELI *Exercitat. medicophilolog.* Dec. IV. *Exercitat. X.* et *Tractat. de Sale volat. plantar.* ex nouissimis vero Celeberr. Dn. D. SCHREBERI *Beschreibung des Waides, dessen Baues, etc.*

§. XVI.

Satis diu iam iam in eo desudarunt complures eruditi Viri, ut leui opera et commoda quadam methodo similem colorem coeruleum solidum ex alia quadam planta educerent, qualem Indiae incolae ex herba *Anil* per fermentationem parare solent. Res omnino digna est ulteriori exploratione; quem enim latet, quod nimis pretiosum illud Indigo, pro coeruleo colore pannis inducendo, in arte tinctoria summe et quasi absolute necessarium sit? Hinc non immerito desiderarunt optaruntque in primis tinctorum, ut vel plantae exoticae cultura in nostris quoque regionibus adornari, et color iste coeruleus ex ea praeparari posset, vel, si id non succederet, saltem domestica nostra planta, *Glastum* nempe, ulteriori examini subiiceretur, insimulque tentaretur, an ex illa ad minimum similis eiusmodi color, Indo substituendus, arte qualicunque extrahi queat.

§. XVI.

Factum ergo inde est, ut summa assiduitate et haud exiguis impensis multiplici modo tractata, et variis tentaminibus subiecta fuerit haec planta ab illis, qui gloriam Palamedei eiusmodi inuenti quaesuerunt anxie. Non iam nimis prolixus ero in recensendis variis laboribus, quos multi praeconceptis falsis opinionibus et imaginariis chemicis superstruxerunt fundamentis. Non adducam ridiculum eorum tentamen, qui ex myrtillis, aut ligno Brasiliensi, elegantem talem colorem coeruleum educere annisi sunt; nec immerabor enumerationi multiplicium menstruorum, quibus mediantibus extractio principii colorem largientis

gientis ex hac planta, et praecipitatio partium coloratarum tentata est infructuose. Multis quidem res visa fuit ardua vel impossibilis, vni tamen et alteri tandem successit ex voto. Prostant enim exempla, experientia corroborata, quae docent, quod Glastum elegantem colorem coeruleum, leuibus impensis et enchirisis parabilem, suppeditet.

§. XVIII.

Certis autem praecipue rationibus ducti sunt illi, qui colorem coeruleum ex Glasto conficere tentarunt; siquidem per experientiam abunde iam constat, quod Glastum tinctoribus admodum necessarium sit, pro colore coeruleo perenni et sub omnibus aëris iniuriis immutabili conficiendo. Praeparant enim cum illo fitulam (*die Waid- und Indig-Küpe*), et Glastum, methodo Thuringica paratum, eum in finem addunt, vt non solum colorem illum, in propria substantia reconditum et irretitum, iungat Indo, huiusque colorem augeat, extendat, melioremque ei splendorem conciliet, sed vt massa etiam illa fermentata necessariam novam fermentationem Indi in fitula excitet et promoveat. Haec ergo illis, qui in hac maxime parte publicum promouere commodum adnisi sunt, occasionem suppeditarunt, omnibus eo allaborandi viribus, vt Indi veri et pretiosi vsum plane exterminarent, eiusque loco talem colorem coeruleum ex Glasto introducerent, qui tinctoribus eundem praestaret effectum, quem Indum orientale vel occidentale haëtenus exhibuit.

§. XIX.

Ex variis autem experimentis, quae pro obtinendo Indo Germanico ex Glasto suscepta hactenus fuerunt, illud praecipue eminere viderur, quod per fermentationis operationem absoluitur. Conueniunt enim in eo omnes illi, quibus alia experimenta successum denegauerant, quod nullo alio modo, nisi fermentatione, color iste ex Glasto obtineri queat. Res quidem non ex toto fefellit; abiit enim herba nostra in fermentationem; productus etiam est color coeruleus, sed non talis, qualis in Indo vero deprehenditur. Interim si accuratius hunc modum procedendi consideramus, minime similis exinde certo promitti potest effectus, qualis cum planta Anil semper ex voto obtinetur. Differt enim planta nostra domestica, quoad partes suas constituentes, non solum ab illa exotica, dum partibus gummosis et sulphureis minus abundat; sed ipse quoque actus fermentationis in nostris regionibus, ob admodum mutabilem aëris constitutionem, variis expositus est impedimentis, debitum eius successum valde retardantibus et turbantibus. Proinde etiam vapor ille aduersus et quasi narcoticus, sub actu fermentationis exsurgens, naribus perquam molestus est, grauesque concitat capitis dolores et praecordiales anxietates. Posito autem, quod omnia in actu fermentationis obseruanda rite succedant, nunquam tamen ex Glasto saturatus, solidus et eleganter coeruleus obtinebitur color, sed potius extractum nigricans, in colorem coeruleum quodammodo vergens, leue et spumofum, quod in tingendis pannis, in copia quoque adhibitum, minime id praestare potest,

est, quod ab Indo vero, in minori quantitate adhibito, expectare licet e).

§. XX.

Dimittimus nunc modum huncce, soli fermentationi innitentem, simulque adferimus, quod ii omnes, qui illum hactenus obseruarunt et fundamenti loco supposuerunt, exoptatum laborum finem haud affecti sint, siquidem in ipso actu fermentationis partes exsuperantes impurae, vel mucilaginosae et terreae, immiscentur purioribus ac simul parcioribus sulphureis, a quibus deinde non solum color ipse magis obscurus, sed et consistentia eius spumosa quasi redidit.

§. XXI.

In praecedentibus iam (§. X.) partes constitutiuas plantae exoticae, *Anil* dictae, exposuimus; ordo nunc

- e) Ex numero illorum, quibus fermentatio Glasti, pro obtinendo colore coeruleo, aliquo modo optatum praebuit successum, Celeberr. Dn. D. SCHREBERVM adducere lubet, qui in *der Sammlung verschiedener Schrifften*, Artic. XVIII. haec refert: *Meine eigene (Versuche betreffend, ist mir, unter verschiedenen angestellten Experimenten, kein einziger eingeschlagen, als da ich mit dem Waids aufs sorgfältigste so verfabren, wie man mit dem Anil in Indien verfabret. - - Auf diese Art habe ich einen dem Indigo an Festigkeit gleichkommenden Extrakt erhalten, wovon ich denen, die es verlangen, die Proben vorzeigen kan. - - Ich bin also von der Möglichkeit der Sache, daß man die Farbentheile des Waids durch eine einfache Gährung ins Enge zusammenziehen, und eine so feste Farbe, wie aus dem Anil, herausbringen könne, völlig überzeuget.*

nunc tangit nostram, scilicet *Glastum*, cuius principia paucis adhuc sunt enumeranda. Constat ergo hoc ipsum ex partibus terreis et aquosis copiosis, paucioribus autem sulphureis seu tingentibus, quae insimul minus fixae, sed admodum volatiles sunt, et nullas fere puras partes gummosas in consortio suo habent, quae alias cum reliquis sulphureis colorem coeruleum constituere debent. Ex hoc fundamento nunc sequitur, quod *Glastum* tantam copiam coloris praebere non possit, quantam ex herba Anil impetramus, siquidem parcius immixtum principium sulphureum volatile, quod cum gummoso tam colorem, quam huius consistentiam constituere debet, citius sub fermentatione auolat, quam partes coleratae compinguntur et commiscentur; hinc in fermentationem planta nostra quidem abit, sed, ex defectu principii mobilis sulphurei et gummosi, lento tantum gradu procedit, et extractum praecipitatum, ob admixtas partes superfluas mucilaginosas et terrestres, non solum redditur impurum, sed ipse etiam color in magis nigricantem idcirco transit *f*).

§. XXII.

f) Celeberrimus Dn. D. SCHREBERVS adserit, quod *Glastum* copiosos succos impuros contineat, quae in causa essent, cur particularum salinarum debita in aqua non possit fieri solutio. Liceat eius verba ex libro iam citato adponere: *Weil der Waids zu viel Säffte oder unreine Theile bey sich hat, so lassen sich die salzigen Theile nicht so gut ausflößen und separiren, als bey dem Anil, welcher, wie gesagt, aus ungleich mehr Farbentheilen als Säfften bestehet, und es bleiben mit dem Extracte des Waids noch verschiedene unreine Säffte vereinigt.*

§. XXII.

His nunc rite consideratis, optatum utique attingemus scopum, Indumque obtinebimus Germanicum ex Glasto, in substantia solida, coniuncto simul splendore venereo, si labores nostros eo dirigimus, ut partes gummosae tantum per conueniens menstruum breui temporis spatio extrahantur, debitoque modo praecipitentur, ita ut totus processus et operatio in temporis quasi momento absoluator, et sumptibus respondeat. Sed hic opus! hic labor!

§. XXIII.

Priusquam vero mentem nostram de his fusius explicamus, momentum quoddam notatu dignum merito adhuc erit praemittendum. Glastum nunquam colorem coeruleum suppeditare potest, si marcidum et exsuccum est, sed planta semper requiritur viridis et recens. Deinde non omnis color saturate coeruleus euadit, nec omnis extractio ex voto succedit. Differt enim planta, vel si mauius eius principium tingens, secundum locorum diuersitatem, ubi planta colitur; siquidem Glastum ex terra praepingui progerminans non optimum est, quoniam semper folia protrudit nimis longa et viridia, quod etiam de illo
valet,

vereinigt. Sed hanc sententiam heic loci meam non facio, dum sub succis copiosis nihil aliud intelligo, quam partes terreas superfluas; salinae autem partes, de quibus asseritur quod non adeo perfecte solui possint in aqua, in considerationem plane non veniunt, nec quidquam ad colorem coeruleum producendum conferunt.

D

valet, quod in humido loco colitur. Illa autem pro eius cultura optima est terra, quae modice pinguis, salinis partibus quodammodo referta, arenosa, et Solis radiis exposita est: laete ibi enim crescit, folia multa et ampla spargit, quae in saturatum colorem viridem vergunt. Porro etiam folia refecari non debent ante plenariam maturationem, et quando dies aestuat. His equidem minime asserere volo, quod folia tenuia et viridia principio tingente non aequae sint instructa, siquidem omnino etiam colorem coeruleum suppeditant; at saturatior semper et magis splendens ille est, qui ex foliis maturis educitur. Quae porro nonnulli de diuersitate primae, secundae et tertiae foliorum abscissionis adducunt, ea in hac operatione non sunt attendenda, et saltem in tantum valent, in quantum Glastum methodo thuringica fermentationem subire debet; sub alia autem, eaque faciliori, tractatione, tam quae prima, quam tertia vice abscissa sunt folia, colorem saturatum largiuntur, dummodo illa satis maturae et viridia fuerint g).

§. XXIV.

- g) Silentio praeterire non possumus notatu dignam observationem, quam saepius iam laudatus Dn. D. SCHREBERVS in der Sammlung verschied. Schrifften, Part. I. pag. 144. occasione singularis cuiusdam opinionis, quam Celeberr. Dn. de IVSII circa agrorum pro cultura Glasti selectum fouet, his verbis subiungit: *Der Herr von Justi schreibt Seite 69. er habe seit 5. Jahren, da er so wohl in Sachsen, als Oesterreich, Waide gebauet, allerley Erde, fette, leimichte, ia so gar die Helfie mit Sand vermischet, zu seinen Anbau dienlich befunden, obne daß man einen mercklichen Unterschied an dem*

§. XXIV.

Quum ergo supra (§. XIX.) illis adfensum denegauerim meum, qui per macerationem et fermentationem partes tingentes ex Glasto educere allaborarunt, quoniam propter abundantiam partium aquearum et terrearum, defectumque gummosarum, ex quarum coalitu cum partibus sulphureis, tanquam principiis omnium colorum, coeruleus Glasti color producitur, hic nunquam ita saturatus, splendens et purus obtineatur, qualis ex planta Anil mediante fermentatione elicitur: hinc mearum nunc esset partium, ut faciliorem sifterem methodum, qua color coeruleus ex Glasto, Indo orientali similis, parari posset. Hac equidem mea gratificandi voluntate omnibus illis procul dubio eximie me commendarem, qui anhelant novitates iisque animum exfatiant; sed profiteor meam

D 2

in

dem Fortkommen der Grösse der Pflanze bemerken könnte. His Celeberr. SCHREBERVS vltiorem explicationem addit, dicens: Er hat recht in Ansehung des Fortkommens und der Grösse der Pflanze: in Ansehung der Güte aber hat er wohl nicht gar genau darauf Achtung gegeben. Jede Erde ist zum Anbau des Waidts darum nicht dienlich, weil der Waidt darinne fortkommt und grosse Blätter kriegt; sonst wäre der wilde Waidt zum Färben auch dienlich. Ich habe einen gar beträchtlichen Unterschied darinne bemerckt, da ich die Fartheilgen aus Blättern, die in unterschiedener Erde gewachsen waren, zu gleicher Zeit extrahiret habe. Wo die Pflanze in bessern Boden gestanden hatte, bekam ich weit mehr Farbe, als aus denen Blättern, die in sandigter Erde gewachsen waren. Blätter aus schwarz-sandigter Erde, oder so genannter Koblenerde, wollen fast gar keine Farbe von sich geben.

in hac parte imperitiam, nec quisquam etiam desiderabit, vt arcanum tale, adeo operose hactenus quaesitum, publici statim iuris facerem. Interim vt instituto meo satisfaciam, primo indicabo diuersitatem menstruorum, quibus tentanda est extractio principii tingentis in Glasto reconditi; deinde possibilitatem rei exemplis demonstrabo eorum, qui felici cum successu colorem ex hac planta nacti sunt solidum et saturate coeruleum.

§. XXV.

Adfero autem primo, multiplici edoctus experientia, quod nullum detur menstruum et soluens, quod simul et semel colorem coeruleum ex Glasto educat illumque praecipitet; siquidem omnia menstrua partim viridem, partim flauum aut flauescentem colorem extrahunt, eductus etiam quocunque modo color nunquam mutatur et praecipitatur per se in colorem coeruleum, sed abit in obscurum viridem, gryseum, aut flauescentem, vel ex viridi liuescentem, prout nempe menstrua vel acida, vel alcalica adhibentur. Menstrua acida, ad quorum censum refero acidum vitriolicum, salis communis et nitri, itemque acetum et Tartarum, colorem Glasti viridem mutant in flauum et liuescentem. Si solutioni vel extractioni, cum acido menstruo factae, additur sal quoddam alcalicum, tunc efferuescentia quidem oritur, sed pulvis post confictum subsidens partim in album, partim in gryseum colorem vergit. Ex variis aliis itaque cum acido institutis experimentis adparet, quod acida ad extrahendas partes coloratas nihil valeant. Menstrua alcalica, cuiuscunque sint generis, viridem colo-

colorem ex Glasto extrahunt, qui, pro diuersitate menstrui, vel in saturatum, vel dilutiorem abit. Spes quidem concipi posset, fore, vt solutio Glasti viridis, cum alcali facta, facili modo in coeruleum colorem transmutetur, si acidum quoddam loco praecipitantis adhibeatur; sed euentus voto nunquam responder: praecipitatum enim viridem monstrat colorem, vel alium obscurum; v. g. Glastum cum lixiuio saponariorum, vel solutione cinerum clauellatorum extractum, et cum aceto communi, vel acido minerali fortiori praecipitatum, puluerem viridem sistit; si loco aceti alumen puluerisatum adhibetur, tunc viridescens et mucosum euadit sedimentum, quod, ex partibus terrae aluminosae et Glasti mucilaginosi compositum est. Extractio Glasti alcalina, solutione Gallarum praecipitata, turbida fit et limosa; si huic parum vitrioli martialis additur, tunc color quidem mutatur in violaceum, sed hic similem cum atramento habet originem. Sola aqua communi extractum Glastum itidem colorem viridem monstrat, sique decantata solutio, saturate viridis, alumine praecipitatur, sedimentum crassum viride ad fundum demittit. Idem etiam fit, si praecipitantis loco nitrum fixum, in aqua solutum, vel lixiuium tartari vitriolati adhibetur; sed addendum simul est parum aceti communis vel destillati. Si solutioni alcalicae Glasti, cum aceto praecipitatae, spiritus vini rectificatissimus guttatim instillatur, tunc spiritus hic colore tingitur flauescente, sedimentum vero coeruleum colorem, sed mox iterum disparentem, monstrat. Omittimus multa alia experimenta et tentamina, quibus variegatus color viridis

ex Glasto, in arte pictoria, forsitan etiam tinctoria utilis, producitur.

§. XXVI.

Ex his ergo liquido adparet, quod nec menstruis acidis, nec alcalicis, color coeruleus et solidus ex Glasto, siue Indum Germanicum, educi queat. Idem etiam de menstruis ex sale quodam medio paratis adferere possumus. Interim spes nequaquam omnis abicienda est; id enim, quod ingeniose saepe et profundis speculationibus excogitari nequit, fortuita quandoque monstravit experientia. Valet sane hoc etiam de Indo nostro Germanico, siquidem, licet omnia experimenta et tentamina, secundum certas habuerint successum, et ratiocinia antea formata minime confirmauerint, casu tamen fortuito tandem desideratus color in conspectum productus fuit. Nolo equidem illos, qui inuentores Indi noui se profiterentur, praematuri cuiusdam conceptus arguere, quum satis abunde constet, quod colores vario modo alterari et immutari queant, adeoque idem illud non immerito quoque de transmutatione coloris saturate viridis nostri Glasti, in coeruleum, sperare liceat; sed procul dubio alia prorsus, quam vulgari et hactenus usitata methodo, id perficiendum erit.

§. XXVII.

Visum equidem nonnullis fuit, quod color coeruleus Indi veri et nostri quoque Germanici saturatus, simulque splendore fulgens cupreo, a principio quodam constitutio cupri originem suam ducat, nec etiam sententia ista omni prorsus destituitur fundamento, quum

quum splendor ille venerus quandam similitudinem cum cupri colore coeruleo habeat, utpote quod sub variis praeparationibus, solutionibus et praecipitationibus talem colorem egregium exhibet; at, his non obstantibus, variis omnino satisque grauibus adhuc premitur difficultatibus hypothesis illa, quod metallicae partes intimum quoddam connubium cum vegetabilibus subire, horumque colorem natium in alium quandam transmutare queant. Me interim quod attinet, nullam aliam subesse causam censeo, cur in nostro producto et orientali Indo eiusmodi immutatio coloris contingat, quam illam, quae sub praeparatione coerulei sic dicti Berolinensis egregium illum tandem in conspectum producit colorem, diuersam scilicet mixtionem salium cum principio mucilaginoso, gummoso et sulphureo sanguinis calcinati; quod vero, an recte se habeat, aliorum diiudicationi relinquo *b*).

§. XXVIII.

b) Non possum non quin notatu dignam aliquam animaduersionem, quae coloris viridis et coerulei genesis in regno vegetabili, ex substantiis cupreis, concernit, hic subiungam. Extat illa in HENCKELII *Flora Saturnizante* p. 486. sqq. hisque comprehenditur verbis: *Insonderheit unterscheidet sich das vegetabilische Glas von dem mineralischen nach seiner Farbe um ein gar merkliches, - - - und es muß doch mit dieser grünen Farbe allerdings eine sonderbare Bewandniß haben. Denn erstlich ist sie denen Pflanzen nicht so gemein, daß man dieselbe hieran, als an einen seiner obsehbaren Kennzeichen, erkennen kan. Da nun zwar besagte Grüne durch die Trennung und Verbrennung ganz vergeht, aber doch zuletzt, bey Crystallisation*

§. XXVIII.

Nunc peruenimus ad ipsam experientiam eorum,
qui colorem coeruleum, in solida forma ex Glasto
eductum

frung ihrer Körper, wieder eine Spuhr derselben hervor kommt, inzwischen nichts fremdes dazu genommen worden ist; so verdient die Vermuthung allerdings einen nicht geringen Beyfall, daß diese Smaragdene Schönheit eine solche Farbe sey, welche zwar durch Zerreißung derer Pflanzen angebohrner Mischung, entweder auch zerrissen und aus einander gesetzt, oder nur eine Zeitlang versteckt gewesen, durch die höchste Gewalt des Feuers aber wieder zusammen gebracht werden müssen. Anderweit habe ich in Erfahrung gezogen, daß die acida zur Hervorbringung der verborgnen vegetabil-Grüne hauptsächlich beytragen, - - - indem grün und blau einander gar nahe verwandt sind. - - - Solte nun diese Feuerbeständige Grüne nicht eine Anzeige geben können, daß sie von einem mineralischen Mixto urstünde, und daß zwischen der Flora und Venus ein gutes Verständniß sey? Des Kupfers eigenthümliche Livray ist diese Farbe gleichwohl vor allen Mineralien und Metallen, und ob wir gleich nicht sagen können, daß der Pflanzen Grüne aus einer schon küpfrigen Erde gezogen würde, zumahl da die wenigste Garten-Erde küpferhaltig ist; so könnte es doch wohl seyn, daß die Pflanzen ihre Grüne aus eben so einer Mischung zugetheilet bekommen, woraus es der Kupfer-Grüne in einer ausnehmenden Concentration geworden ist. Dergleichen beständige Farben sind doch nicht zufaellig, wie dietenigen, so von dem Schein und Widerschein entstehen, sondern so wesentlich, daß sie das Wesen des Körpers selbst ausmachen. Also hat man wohl Ursache, bey Betrachtung derer Wiesen und Wälder von ihrer unvergleichlichen Schönheit nach den Grunde zu fragen. - - - Es bleibt bey den vor-mahligen Auspruch, daß eines besser als das andere ist, und daß die Venus dasienige, was Flora kaum auf die Eins hinausbringen kan,

eductum, et splendore cupreo fulgidum, illi haud ab-
 similem exhibent, quem exotica illa Planta Anil lar-
 gitur. Differt autem modus procedendi, quantum
 nobis constat, ab illo, qui in vtraque India solennis
 est et vſitatus. Superius iam diximus (§. XXI.) quod
 noſtra planta, eodem modo tractata, nunquam talem
 elegantem et viuidum praebeat colorem, qualem in
 Indo vero conſpicimus, ſed ſub extracti nigricantis
 forma

kan, in die tauſend mahl tauſend mehrmahl beſitze, und darzu-
 reichen vermögend iſt. His merito ſubiungenda ſunt illa,
 quae citatus Auctor in eodem libro p. 586. habet: Ob-
 gleich oben einige Bedencken von der Uebereinkommung der Farbe,
 nemlich die anmuthige Grüne, worin ſich Venus und Flora klei-
 den, ſind gegeben worden, ſo habe ich doch mein Tage niemand
 etwas von Kupfer aus Pflanzen machen geſehen oder gehört.
 Wiewohl es verdiente noch ohne Schertz bey allen dem eine beſon-
 dere Aufmerckſamkeit, daß die Vegetabilia dieſe grüne Livray,
 ob ſie gleich ſolche durch die Einäſcherung gänzlich abgeben
 zu haben ſcheinen möchten, dennoch bis auf den höchſten Grad
 behaupten, und ſolche in den aus ihnen werdenden grüntlichten
 Glas einigermassen wieder alſo vorweiſen, als wenn er was küpf-
 riges darunter gerathen wäre; und es iſt bekannt, daß ein viel
 tauſendes Theil Kupfer eine Glas-Maſſe, ſo viel als es hier in ei-
 nen vegetabiliſchen Glaſe an Farbe austragen möchte, zu tingi-
 ren vermögend iſt. Gleichwie aber ein würrkliches Kupfer, in
 ſo gar geringer Proportion, nimmer wieder zurück in ſein Cor-
 pus und Metallität zu bringen ſtehet: alſo noch vielmehr muß
 man die Grüne im Vegetabil-Glaſe freylich ungeſchieden laſſen,
 und es noch vor eine ob zwar zweifelhafte, doch mögliche, und
 nicht gar verwerfliche Sache halten, daß die Venus der Florae
 darunter etwas mitgetheiler haben mag.

E

forma adpareat. Primus ex testibus adducendis, qui veritatem dicti adfirmant, prodeat Dn. de IVSTI, vir in rebus oeconomicis et physicis exercitatissimus, qui vltro fatetur, quod partes coloratas, ex planta hac extractas, nunquam in duram et consistentem massam praecipitare potuerit. Non solum enim Glasti folia viridia contusa fermentationi subiecit et colorem hoc modo extraxit, sed et methodum Thuringicam adhibuit, nouam scilicet cum Glasto instituendo fermentationem; ast color extractus ad consistentiam illam, quae Indo vero propria est, deduci non potuit.

§. XXIX.

Excipit hunc alter, nempe Clariss. Dn. *Ioannes Christianus* BARTHIVS, Regius et Electoralis Saxonicus in Tribunali rerum metallicarum Consiliarius, qui omnes in educendo colore coeruleo ex Glasto hactenus occupatos feliciter se exsuperasse gloriatur, verbis idcirco satis ponderosis veritatem inuenti adfirmat, recenset varia cum colore educto instituta tentamina, ipsius Processus rationem adeo simplicem esse asserit, vt ab omnibus, facili admodum negotio, experimentum institui possit. Ingens proinde non solum lucrum, ex cultura auctiori Glasti certissime expectandum, variis regionibus et prouinciis promittit, sed magnam etiam hominum copiam tali ratione facilem vitae sustentationem obtinere posse putat praeclarus hic inventor, meritoque hinc optandum fuisset, vt occasionem commodam eidem subministrassent curiosi opulentiores, publico talia insignia procurandi emolumen-

lumenta; sed hactenus nihil amplius de ulteriori huius inuenti successu nobis innotuit i).

E 2

§. XXX.

i) Paulo fusiolem et exactiorem de hoc inuento notitiam praebuerunt nobis relationes publicae Halenses, ann. 1754. Num. 182. his verbis: *Grossen-Hayn. Dem Publico wird hierdurch bekannt gemacht, welcher gestalt der Koeniglich-Polnische und Churfürstlich-Sächsische Berg-Rath, Herr Johann Christian BARTH, so vor obngekehr zwölff Jahren durch seine allhier neu-entdeckte Färber-Kunst das so beliebte Sans pareille, Ponceau Bleu, Verd et Jeune de Saxe erfunden, fernerweit in Untersuchung des Indigo, durch so viel mühsame und theils kostbare Versuche, nunmehr so weit gekommen, daß derselbe, aus dem bisber in Verfall gekommenen Waide, eine in allen acidis et alcalibus, in Sonne und Frost, in Regen und Wind, in Waschen und Bleichen durable sogleich färbende und den orientalischen Indigo an Consistenz und Härte in allen gleichkommende, an Kraft zu färben und sich auszubreiten aber, nach verschiedenen an solcher wahrgenommenen phaenomenis, denselben noch übertreffende blaue Farbe, kurz, den wahrhaftigen, vollkommenen, und von so unzählich vielen Nachforschern einige Jahre her emsig gesuchten und gewünschten Waid-Indigo zu machen und solchen in seinen schönsten Kupfer-Glanze darzustellen weiß: Wie er sich denn auch getrauet, eine besondere Praeparation des rohen Waids an die Hand zu geben, daß mit solchen, ohne den geringsten Zusatz des Indigo, ein vollkommen beständiges Blau gefärbet werden könne, in Betracht dieser nach seiner Art praeparirte rohe Waid, wenn er ein wenig angefeuchtet worden, durch bloßes Anreiben, auf weißer Leinwand seine blaue Farbe sogleich von sich geben lässet. Es sey daher wahrscheinlich und nicht zu zweiffeln, daß, da nach einbelliger Einstimmung derer Färber, alleine mit dem Indig, ohne Hinzufüerzung des Waids, kein beständiges Blau gefärbet werden könne,*

und nicht ab zu lassen §. XXX.

Nemo vero, quantum quidem scimus, gloriam inuentionis huius arcani maiorem hactenus sibi paravit, quam Dn. KVLENKAMP, vir honoratus et Brementis, de arte tinctoria optime meritus, et chemicus fundamentis, ad nobilem hanc artem spectantibus, bene instructus. Hic, quem tertium testem nostrae adfertio-

könne, dieser aus bloßen Waid gefertigte Indigo den orientalischen an Dauerhaftigkeit weit übertreffen müsse, woneben er versichert, daß er auch bereits einige Versuche nach seiner Invention zu faerben damit gemacht, welche scharfe Probe der Auflösung er zuvörderst nicht allein vollkommen und unverändert ausgehalten, sondern auch ein besondres schönes Bleu de Saxe geliefert. In übrigen sey der Proceß in Verfertigung oder Zubereitung desselben kurz, und die Arbeit leichte, dergestalt, daß sie auch, nach communicirten Arcano, ein grosser Herr selbst, zur Ueberzeugung der Wahrheit, mit eigner Hand, sonder einziges Bemühen und grossen Umständen in eignen Zimmer, ohne des Erfinders Beyseyn, so gleich experimentiren könne. Die Sache aber wäre an und vor sich selbst, nach obngeführigen Ueberschlag und Ausrechnung, nicht ohne Gewinnst, zu geschweigen, daß hauptsachlich hierdurch nicht allein viele Tonnen Goldes, ja Millionen, so man für den sich obnedieß sehr theuer und kostbar machenden Indigo, ausserhalb Europa versendet, nach Proportion in ieden Lande oder Provinz inne behalten, ersparet, und einfolglich würcklich gewonnen, sondern auch hierbey viele tausend arme Untertbanen, bey wieder dargestellten vormahligen florissanten, oder gar hier und da aufs neue angelegten Waid-Plantagen, in Bewegung gesetzt, ernähret und contribuabel gemacht werden können. Das Geheimnis habe er zur Zeit noch niemand entdeckt, wünsche aber von Herzen, daß solches zur Verherrlichung des grossen Gottes, zum Nutzen der menschlichen Gesellschaft, baldigst angewendet werden möge.

feritionis sistere possumus, per plures iam annos addi-
 due in eo fuit occupatus, vt non solum ex multis aliis
 plantis varios rariores et nondum cognitos colores,
 arti tinctoriae et pictoriae egregie inferuientes, edu-
 ceret, sed et desideratum Glasti colorem coeruleum
 pararet. Spes quidem in vltimo hoc tentamine et ex-
 perimento saepe illum frustrata est; decoxit enim, di-
 gessit, extraxit, maceravit, itemque fermentando ac
 variis aliis modis tractavit plantam nostram, vt partes
 coloratas in solidam massam colligeret, nihilque plane
 omisit, quod alii etiam prudentiores omiserant, sed
 optatum finem nullo modo assequi potuit. Tandem
 in manus eius incidit celeberrimi SCHREBERI Tra-
 ctatus egregius, de Glasto, qui Halae anno 1752. in
 forma plagularum quadripartita prodit. Exhibetur
 nimirum in illo accurata plantae nostrae descriptio,
 cum cultura, et methodo eandem tractandi, pro pa-
 rando Glasto fermentato Thuringico, pluraque alia
 multis haecenus incognita, cum Appendice mandato-
 rum variorum, culturam Glasti concernentium. Huic
 ergo cum clarissimus SCHREBERVS varia addiderit
 experimenta, a se ipso instituta, quae extractionem
 coloris coerulei concernunt, hisque vorum subiunxe-
 rit, vt tandem aliquando quispiam scopum istum fe-
 liciter attingeret, methodumque facilem et commo-
 dam, colorem coeruleum, Indigo similem, ex Glasto
 educendi, indagaret; KVLNKAMPIVS noster in-
 de quasi denuo excitatus et instigatus, animose iterum
 rem adgressus est, adeo exoptato cum successu et
 euentu, vt elegantem colorem coeruleum, splenden-
 tem et solidum, ex Glasto obtinuerit.

sup

E 3

§. XXXI.

§. XXXI.

Nunquam quidem vir hic peritus et exercitatus arcanum suum per litteras publicas promulgauit, nec res tanti momenti illi visa fuit, vt idcirco more aliorum arrogantiam quandam adfectaret et laudes anhelaret, sed institutum suum eiusque euentum felicem clarissimo Dn. D. SCHREBERO in epistola exposuit, simulque adiuncta, speciminis loco, portione quadam Indi noui Germanici, scrupulum ipsi omnem, forsitan superstitem, eximere annisus est. Quoad rem ipsam, KVLENKAMPIVS primo fatetur, quod ex nulla alia herba, stirpe, fructu, aut arbore, talem colorem, qui pretium compensaret, extraxerit, quam ex Glasto ipso; suspicatur interim non sine fundamento, quod certa quaedam planta partibus coeruleum colorem largientibus abundet prae Glasto, simul vero libere proficitur, se easdem ab impuritatibus adhaerentibus nullo modo liberare potuisse.

§. XXXII.

Quod dein menstruum concernit, cum quo KVLENKAMPIVS noster extractionem Glasti suscepit, nihil certi de eius conditione, aut materia ex qua paratur, determinare licet, dum ipse Auctor sub generali tantum respectu characteres quosdam eiusdem exponit, quod nempe intra breue temporis spatium partes coloratas plantae extrahat, quae deinde leui enchiresi in densa forma praecipitari possent; quod menstruum ipsum vili pretio, in omnibus Germaniaeprovinciis, obtineri possit; quod extractionem indiscriminatum absoluat, siue folia fuerint teneriora, siue densiora et magis matura, modo saltem sint recentia, ex iisque

que non nisi partes educat vtilis, relictis inutilibus. Tandem subiungit, se hoc modo omni tempore, et vbiq; locorum, colorem ex Glasto, Indo vero per omnia similem, parare posse, copiam vero illius pro soli diuersitate, vbi Glastum adoleuit, aliquo modo differre k).

§. XXXIII.

k) Non incongruum erit hic ipsam KYLENKAMPPII adponere relationem, quam Celeberr. Dn. D. SCHREBERVS Parti secundae libri saepius citati inferuit, vbi pag. 349. sqq. his concepta extat verbis: *Ich kan mich zwar nicht rühmen, daß ich aus irgend einen Kraute, oder Blättern von Stauden und Bäumen, eine solche blaue Farbe, welche der Mähe lobtete, ausser dem Waidkraute erhalten; iedoch habe ich vielen Grund zu mutmassen, daß in einem gewissen Gewächse eine grössere Menge von blauen Farbenwesen befindlich, als in Waide selbst; allein bis daher habe ich es noch nicht ganz reine daraus absondern können. Es ist dasselbe keinesweges von dunckler oder blaugrüner Farbe. - - - Der Waid ist es demnach, den ich unter allen mir bekannten Kräutern, womit ich Versuche angestellet, als dasienige Kraut befunden, aus welchen das blaue Farbenwesen am meisten zu erhalten ist. Ich habe endlich, nach einer Menge von Versuchen, das beste Menstruum entdeckt, welches in ganz kurzer Zeit, ia in wenig Minuten das blaue Farbenwesen des Waids extrahiret, und sich mit geringen Handgriffen wieder scheiden und concentriren lässet. Es mögen die Blätter jung und zart, oder bereits zur völligen Grösse erwachsen seyn, wenn sie nur frisch sind, so liefern sie ihre blaue Farbe. Das beste an diesen Menstruo ist, daß es sowohl um geringen Preiß, als in genugsamer Menge in gantz Teutschland zu bekommen ist, und daß es die Ausziehung des blauen Farbenwesens schleunig, ohne einigen empfindlichen Geruch, ins Werck richtet, das zur Farbe nicht dienliche aber zurück lässet. - - - Nach dieser Manier*
kan

§. XXXIII.

Nihil equidem notatu digni pro ulteriore illustratione methodi *Kulenkampiana*e addere possumus, quum nobis nec menstruum notum sit, nec ipsa suscipienda operatio, pro obtinendo optato colore coeruleo, et modus praecipitationis partium extractarum. Nihilominus tamen quaedam adhuc annectere placet momenta, quae inuenti huius noui veritatem confirmant, et simul demonstrant, quod Auctor noster mediante menstruo suo colores ex aliis vegetabilium speciebus extrahere possit.

§. XXXIV.

Adferit primo *KULENKAMPIVS*, quod, excepto Glasto, nulla alia herba tanta copia principii tingentis gaudeat; interim tamen refert, singulari cuidam plantae similes inesse partes coloratas, quales Glastum continet, sed illas se hucusque ab impuritatibus adhaerentibus liberare non potuisse. Concedimus itaque copiosarum talium partium praesentiam in Glasto, prae multis aliis plantis, siquidem Glastum fermentatum, Indo in situla additum, tanquam fermentum, ordinarie excitat fermentationem, et colorem ex Indo educit. Altera autem non indicata planta, ut nobis videtur, pertinet ad plantas esculentas, nec vllus alius eius vsus nobis notus est. Interim pollet etiam principio tingente, dum panno colorem ex fusco

kan ich an allen Orten, zu allen Zeiten die Farbe aus dem Waid, dem Indigo an Schönheit und Dunkelheit fast egal, verfertigen, die Menge derselben aber liegt an bessern oder schlechtern Boden.

fusco coeruleum, interdum etiam saturate viridem inducit. Variis quidem institutis experimentis eius colorem nativum in viridem, flavescentem et rufescentem transmutavimus; pro colore autem coeruleo obtinendo, ob plantae tunc temporis immaturitatem, experimenta instituere non potuimus. Vix autem unquam planta haec non denominata in arte tinctoria et pictoria tanti erit usus, ut colorem coeruleum, vel alium densum, et sub quibuslibet aëris iniuriis immutabilem praebet; nimium enim abundat partibus mucilaginosi impuris, quae arctius principio tingenti adhaerent, et colorem eius obscurum reddunt; neque etiam pro separando et imperando illo colore subici potest fermentationi, quoniam facile in putredinem abit.

§. XXXV.

Altioris vero indaginis est menstruum, quod *KVLENKAMPIVS* pro extrahendis partibus *Glasti* coloratis adhibuit. In praecedentibus iam inertiam soluentium, tam acidorum, quam alcalicorum, itemque illorum, quae mediae sunt indolis, demonstratam dedimus; quaeritur ergo non immerito, qualenam sit tale menstruum, quod citissime partes illas coloratas *Glasti* solvere, atque insimul exiguo pretio vndique locorum obtineri potest? Licet vero specialiori tali adhuc destituamur noticia, fidem tamen idcirco non denegare possumus *KVLENKAMPIO*, quum nec gloriae, nec lucri sit cupidus, adeoque nulla plane adsit ratio de eius candore vltimo modo dubitandi.

§. XXXVI.

Proinde etiam singularem quandam attentionem meretur alterum momentum, quod, postquam *KVLENKAMPIVS* menstrui novi operationem indicavit, paucis tantum verbis praecipitantis et eiusdem modi mentionem iniiciat, de praecipitantis autem conditione et actione nihil plane moneat. Quid igitur proprie per breves illas enchirifes, quibus peragenda est praecipitatio, intelligendum sit, diuinare

F

non

non possumus. Paucis interim monstrabimus diuersitatem praecipitationum, variosque modos easdem instituendi. Primo nimirum fieri potest praecipitatio, si solutioni aliud et quidem tale superadditur corpus, quod promptius a menstruo soluitur, quam id, quod iam solutum est; sic enim corpus antea solutum in interstitiis menstrui retineri nequit, et hinc ad fundum detruditur sub forma varia. Deinde quoque fieri solet praecipitatio, quando cum menstruo, et praecipitante huic addito, alia quaedam solutio, vel tertium quoddam corpus, sub alia forma coniungitur, ita ut illud, quod solutum est, in menstrui interstitiis, aliquo modo mutatis, amplius retineri nequeat. Porro praecipitatio locum habet, si praecipitans grauitatem soluti superat, et particulis eius minimis vi quadam premente incumbit, ut eidem cedere cogantur. Tandem praecipitatur corpus solutum, si menstruum fluidum destillatione vel euaporatione aufertur, ut corpus solutum in sicca remaneat forma. Licet autem nobis non constet, qualem praecipitationis modum adhibere soleat *KVLENKAMPIVS*, facile tamen concludere licet, quod vtrumque illum, qui per abstractionem, vel additionem corporis cuiusdam grauioris instituitur, prorsus in hac operatione negligat. Valde interim probabile mihi videtur, quod menstruum, cum quo Glasti suscipitur extractio, nequaquam in se recipiat colorem coeruleum, nec etiam viridem, alias enim praecipitans colorem iam eductum coeruleum in alium, fortasse viridem vel flauum, transmutare deberet; sed praecipitans eiusmodi esse conditionis opinor, ut vna ex parte solutas Glasti gummosas partes non resoluat, sed ad fundum deiiciat, altera vero ex parte color Glasti coeruleus, seu Indum Germanicum, dein ex mixtione immutata menstrui et praecipitantis demum oriatur.

§. XXXVII.

Colophonem nunc imponere possem tractationi thematicis mei, dum non solum demonstraui, quod ex Glasto color

lor solidus coeruleus, Indo orientali similis, educi possit, sed testibus etiam adsertum hoc coroboravi. Interim non plane ingratum officium Lectori praestitutum me fore autumo, si adhuc quartum testem produco, qui sedulus in perscrutandis omnibus illis fuit, quae ad certo obtinendum Indum Germanicum ex Glasto vlllo modo conferre posse ex propria iudicavit experientia. Est is Clariss. Dn. D. NEVENHAHN, Practicus huius loci celeberrimus et Fautor meus plurimum colendus, ex cuius honorifica erga me benevolentia nonnulla experimenta, felici cum euentu ab eodem instituta, cum Lectore communicabo.

§. XXXVIII.

Retulit autem mihi clarissimus hic Vir, quod variis modis Glasti extractionem, pro obtinendo colore coeruleo, susceperit, sed simili pariter frustraneo cum euentu, sicuti KVLENKAMPIVS per sex annos obseruauit. Culpam quidem primo coniecit in Glastum tertiae abscissionis, quod tempore autumnali obtinuerat; ast alio dein tempore tentamina sua denuo instituit cum Glasto primae abscissionis, nullo tamen alio, quam viridi, apparente colore, modo dilutione, modo saturatiore. Quid ergo de tot tantisque profus irritis experimentis, non sine ratione susceptis, iudicandum sit, se non perspicere, libere professus est: omnem enim adhibuerat diligentiam, nullum ferme soluens inexpertum reliquerat, nullumque praecipitans intentatum; sed color viridis immutatus persicit. Abiecit itaque animum, speransque expectauit alio tempore fortunam magis fauentem.

§. XXXIX.

Tandem prodiit in lucem Celeberrimi Dn. D. SCHREBERI pars altera variorum collectorum scriptorum, cui inseruit epistolam, a KVLENKAMPIO Bremensi, de nouo invento coerulei coloris ex Glasto, sibi missam. Miratur quidem Clariss. NEVENHAHNIVS nouum inuentum, sed non inuidet gloriam inuentori. Interim stimulum quasi nouum

sibi addi sentiens, denuo pristinos reassumere labores, nec prius a tentaminibus discedere secum constituit, quam consecutus fuerit Indum ex Glasto Germanicum. Primo itaque incidit ei in mentem solvens quoddam pro extrahendis vegetabilibus non vulgare et vsitatum; adfundit illud Glasto recenti, solutionem per aliquot horas in quiete servat, dein decantatam praecipitat, vnde statim fundum petit pulvis non quidem viridis, nec etiam coeruleus, sed margaritarum colori similis; repetit experimentum, nullum vero alium colorem, quam modo indicatum, producere potest. Contentus interim nouo hoc elegante colore, et spe frerus non inani, illum tandem saturatiorem adpariturum, nihilo tamen minus hunc modum procedendi dimittit et ad alium se accingit.

§. XL.

Fortuna iam fauebat experimento priori, indeque non deserit causam suam Vir clarissimus, sed illam assiduo profectitur. Eligit vero menstruum, quod priori non dissimile erat, et follis viridibus Glasti adfundit, solutionem in temperato calore servat, quae decantata, turbida adparet; praecipitat illam et deicitur quidem color coeruleus, sed non tam saturatus, sicuti in orientali Indo. Repetit vero experimentum, et solutionem per noctem stare permittit, atque primo mane extractas partes praecipitante suo detrudat ad fundum, coeruleo colore optime tinctas, sicque tandem euentum felicem laborum suorum impetrauit. Interim forte suspicio oriri posset, de fermentatione quadam, durante illo tempore nocturno, quo in quiete adseruata fuit solutio, oborta; sed euanescit statim illa, dum neque in loco aliquo calido stetit extractio, nec bullulas in superficie monstravit, nec odorem qualemcunque spiravit volatilem. Quoniam vero laudatus **KVLENKAMPIVS** breui temporis interuallo partes coloratas extraxit et praecipitavit, hinc etiam clarissimus **NEVENHAHNIVS** varia instituit experimenta noua, tandem

tandemque eo peruenit, vt in vno quasi momento plantam extrahere, et partes extractas, elegantem coeruleum colorem exhibentes, praecipitare potuerit.

§. XLI.

Adfirmat quidem Vir hic experientissimus, quod processus et praeparatio Indi noui Germanici ex Glasto, breui temporis spatio absoluat, sed summa quoque cautela opus esse insimul monet, ne forte color viridis loco coerulei adpareat; siquidem etiam facile contingit, vt, si accurata proportio ponderis menstrui ad herbae pondus non obseruatur, aut praecipitans, diligenter antea praeparatum, in iusto maiore aut minore quantitate admiscetur, et vna vel altera enchiresis negligitur, nunquam prodeat color coeruleus, sed potius flauus vel alius obscurus.

§. XLII.

Sic ergo experientia repetita confirmauit inuentum hoc celeberrimi NEVENHAHNII, qui insimul de viribus menstrui sui idem illud adfirmare potest, quod KLENKAMPPIVS de suo promittit. Extrahit enim illud in temporis quasi momento omnes ex Glasto partes tingentes, reliquas vero impuras, vel quae nullum colorem spondent, relinquit intactas. Menstruum ipsum vili pretio vbique locorum obtineri potest, et quasi venale profususque inodorum est, Glasto vero adsumum, non ingratum spargit odorem. In eo tamen KLENKAMPPIO non consentit, qui statuit, quod sine discrimine maturitatis vel immaturitatis Glasti foliorum, vnus idemque saturatus color coeruleus adpareat; folia enim immatura et tenuia, vel etiam nimis succulenta, nondum saturata sunt principio tingente, dispersus quoque color praecipitatur, qui insimul in viridem, vel ex viridi in coeruleum (*Seladen-grün*) vergit: matura autem et viridia exhibent semper colorem saturate coeruleum (*recht Türken-blau*).

§. XLIII.

Sic tandem voti compos factus Vir hic praestantissimus, nunc omni tempore et vbique locorum elegantem colorem coeruleum solidum ex Glaffi foliis educit, qui nomen *Indi Germanici* omni iure tuetur. Sufficere quidem haec ipsi videbantur, et primo in iis acquiescere volebat; sed speculabundus vltius dein progressus est, modumque detexit, quo vno labore colorem extrahere et praecipitare potest. Porro extractam semel herbam non abiicit, sed, adhibita quadam enchiresi, alium adhuc colorem ex viridi coeruleum (*Seladon-grün*) educit, cui tertius, viridis diluitor (*Hell-grün*), succedit. Proinde etiam menstruum suum ad varios alios colores, ex vegetabilium classe producendos, aptum censet, quem modum vero adhuc reconditum seruat. Plura interim de his forte in peculiari scripto exponet, aut ipsam praeparationem noui coloris coerulei publici iuris faciet.

§. XLIV.

Habes nunc, Lector beneuole, ea, quae ad expositionem arcani noui, sub nomine *Indi Germanici ex Glaffo*, et coloris coerulei solidi, spectant. Quod reliquum est, Deo Triuno pro clementissime praestito auxilio, in elaborando hoc Specimine inaugurali, deuotissimas persoluo grates, vtque et in posterum conatibus meis gratia sua adesse, illosque in

Nominis sui gloriam et proximi emolumentum cedere iubeat, ardentissime precor
voueoque.

T A N T V M.



NOBILISSIMO ET PRAECLARE DOCTO
CANDIDATO
D. CAROLVS LVDOVICVS NEVENHAHN.

Sic occasione ferente, NOBILISSIME DOMINE CANDI-
DATE, dum ad finem nunc perductis studiis TVIS in
inclita Lippsensium palaestra, in nostra alma Fridericiana
doctorales honores, tanquam Sigillum profectuum TVO-
RVVM in arte medica egregiorum, capeffis; non possum, quin
TIBI publice de eruditionis specimine gratuler, et fausta fe-
liciaque omnia adprecer. Clarissima TVA dignitas dissertatio-
nem inauguralem exhibet, quam, ob argumenti non vulgaris
saepiusque triti delectum, valde adprobo; propalas nimirum et
propugnans adsertum nouum paradoxum, colorem coeruleum so-
lidum, sub Indi Germanici nomine venientem, sed ex Glasto,
planta quadam indigena, desumium et praeparatum. Semper
quidem rerum naturalium speculatores anxio quasi et sollicito
fuerunt animo, vt colorem coeruleum, in arte tinctoria necessa-
rium, ex alia quadam planta praepararent, et Indum verum
pretiosum, quondam diabolicum colorem dictum, plane exter-
minarem. Glastum, quod ex adserio TVO colorem desideratum
coeruleum suppeditare debet, diutissime quidem in multis regio-
nibus et prouinciis singulari studio exculum et per fermentatio-
nis motum ita praeparatum est, sed eum tantum in finem, vt
artis tinctoriae gnaris fermenti loco inseruiat, quo Indum
verum, in sticula tinctoria aliis adhuc materiis permixtum, ite-
rum fermentarent et soluerent; quamuis non negem, quod
planta haec indigena similem colorem coeruleum, seu partes
tingentes, vt exotica illa, Anil dicta, possideat: interim tamen
nemini tunc temporis in mentem veniebat, vt summario processu
quodam chemico principium Glasti tingens implicitum exactius
peruestigaret, et in formam solidam reduceret. Sed semper
vsus feris venit ab annis; hinc in effoeta nunc mundi aetate,
multa adhuc naturae occulta ingenioje eruuntur, quae bono pu-
blico

blico admodum vtilia sunt. Valet etiam hoc meum adsertum
 de nouo illo instituto et inuento laudabili, quo naturae mysticae
 Glastum recens et viride in fermentationem lenem agunt, quae
 absoluta diu desideratum colorem coeruleum demonstrare volumus,
 qualem in Indo vero, ex herba Anil praeparato, conspiciere
 licet. Non sefellit quidem hoc institutum ex toto, interim ta-
 men partim taediosum et sicciosum est, partim, quod sciam cer-
 to, color inde enatus magis nigricans, multis adhuc partibus
 impuris inquinatus et spongiosus quasi adparuit, tingendi vir-
 tute destitutus. Nunc vero optatis respondet fortuna; perfa-
 cile enim, et absque fermentatione instituta, partes Glasti in-
 genies in momento quasi separari et in colorem coeruleum satu-
 ratum, Indo vero simillimum, praecipitari possunt. Sed de his
 omnibus Praestantia TVA in specimine edito differit pluribus,
 et theticam TVAM adseruionem rationibus et experimentis in-
 dubiis corroboras; hinc quoque vnicuique quod suum est fa-
 cile debetur. Nolo itaque plura ex superuacaneo addere, nec
 alia experimenta, de meo sumtu instituta, enumerare. Quod in-
 terim ad complementum noui huius et laudabilis instituti perti-
 net, eo praecipue allaborandum esse mihi viderur, vt Glasti cul-
 tura in variis prouinciis instituat et promoueat: non di-
 cam, quod eius cultura ad sustentationem multorum hominum
 conferre possit, sed quod maximum est, si institutum talem suc-
 cessum nanciscitur felicem, qualem optamus et iam praevidemus,
 Indo exotico pretioso plane carere, et pecuniam in proprium no-
 strum usum conuertere possumus. His nunc praemissis, ad TE
 redeo, CLARISSIME DOMINE CANDIDATE, qui cursum
 medicum bene egisti, et per aliquot iam annos medicinam felici
 cum successu fecisti. Non solum TIBI gratulor optatos pro-
 gressus in arte Machaonia, sed et honores doctorales, ex meri-
 to TIBI conferendos. Seruet TE Dei clementia factum te-
 ctumque, cuncta TVA conamina felici et exoptato semper beet
 successu. Vale et viue mei etiam non inmemor, certissimeque
 persuasus, me ad omnia officiorum genera praestanda fore pa-
 ratissimum. Halae Salicae, d. XXVI. Nov. MDCCCLVI.



ERRATA.

- p. 7. lin. 21. pro: *interma*, lege: *interna*.
p. 9. lin. penult. pro: *dissolvendis*, lege: *dissolvendis*.
p. 11. lin. 23. pro: *me arrisit*, lege: *mibi arrisit*.
p. ead. lin. 24. pro: *nicifa*, lege: *incifa*.
p. 24. lin. 12. pro: *genuic*, lege: *genuino*.
p. 24. lin. 24. pro: *viva*, lege: *vivar*.
p. 25. lin. 16. pro: *sedatta*, lege: *sedata*.
p. 28. lin. 3. pro: *perfigerati*, lege: *perfrigerati*.
p. 28. lin. 16. pro: §. XXX-XXIX. lege: §. XX-XXIX.

ERRATA.

p. 1. lin. 20. pro: manus lege: manus.
p. 2. lin. 20. pro: manus lege: manus.
p. 11. lin. 27. pro: mensura lege: mensura.
p. 20. lin. 24. pro: manus lege: manus.
p. 24. lin. 12. pro: manus lege: manus.
p. 27. lin. 22. pro: manus lege: manus.
p. 27. lin. 16. pro: manus lege: manus.
p. 28. lin. 2. pro: manus lege: manus.
p. 28. lin. 10. pro: manus lege: manus.



00 A 6332 (1)
VD 18


ULB Halle 3
002 836 610



86

Reha ✓





DE
GERMANICO
SIVE
OERVLEO SOLIDO
GLASTO

IN VMINIS AVSPICIIS
ET
CORVM ORDINIS CONSENSV
A E S I D E
ELIA BÜCHNERO
MANI IMPERII NOBILI
VSSORVM REGIA CONSILII INTIMIS
PH. NATVRAL. PROFESSORE PVBL. ORDIN.
AE NATVRAE CVRIOSORVM PRAESIDE
E PALATINO CAESAREO,
ADV DOCTORIS
MEDICINA HONORIBVS
S LEGITIME IMPETRANDIS
NOVEMBER. A. S. R. CI^oIOCCCLVI.
REGIA FRIDERICIANA
ELICE DISSERTET
AVCTOR
RISTOPHORVS EBEL
VFFELIA - THVRINGVS.
LAE SALICAE,
GRVNERTIANO.

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 8

Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Black	
3/Color	
White	
Magenta	
Red	
Yellow	
Green	
Cyan	
Blue	

